Il peccato in quanto complesso significabile¹⁰⁷ attuale può essere accettato propriamente come ciò in base a cui si dice che qualcuno peccchi, e impropriamente o almeno meno propriamente come ciò ch'è implicato dal peccato, assunto nel primo modo, ad esempio come un'entità il cui agente è peccatore, o come una negazione od una non-entità non facendo la quale si pecca.¹⁰⁸ Il peccato non coincide perfettamente con la trasgressione d'una proibizione imperativa, perchè

¹⁰⁴ «Ex his patet manifeste propositum: Tum quia primo dicit quod alienus a fide Christi supplicia experietur aeterna, experientia autem supplicii sine cruciatu et poena sensus non intelligitur. Tum quia quilibet secundum eum vel in regno coelorum vel in Gehenna per quam mors secunda cruciatu semper durabilis et ubi fletus et stridor dentium, ubi concludit esse infantes non baptizatos.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 30-33, q. 3, n. 27-32; VI, 213.

¹⁰⁵ «Si dicatur quod infantes huiusmodi utique erunt in igne infernali, non tamen patientur ab illo, hoc in consequentibus excludere videtur ex verbo Christi, quo quid per regnum et quid per ignem aeternum intelligere declaravit.» *Ibidem*, dist. 30-33, q. 3, n. 13-16; VI, 214.

¹⁰⁶ «Auctoritatem vero Magistri negaret qui teneret hanc viam nec eam praeponderaret auctoritatibus Augustini atque Gregorii. Quia tamen huius quaestionis non vidi partem aliquam expresse determinatam ab ecclesia et tremendum mihi videtur negare auctoritatem sanctorum, econtra etiam non est tutum contraire communi opinioni et consensioni magistrorum nostrorum, idcirco neutri parti alteram praeferens diiudicationem earum lectori relinquo.» *Ibidem*, dist. 30-33, q. 3, n. 15-20; VI, 218.

¹⁰⁷ «Ex dictis sequuntur tria corollaria. Unum est quod, proprie ut supra loquendo de peccato, peccatum non est aliquid incomplexum significabile, sed complexum tantum.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 2, n. 30-32; VI, 235.

¹⁰⁸ «Quantum ad secundum articulum dico quod peccatum actuale potest dupliciter accipi: Uno modo proprie, pro eo scilicet ex quo primo denominatur quis peccans. Alio modo improprie vel saltem minus proprie, scilicet pro aliquo implicato in eo ex quo primo denominatur quis peccans, utpote pro entitate aliqua quam faciendo quis peccat vel pro negatione seu non esse entitatis alicuius quam non faciendo quis peccat.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 2, n. 31-36; VI, 233.

molte cose proibite non sono peccati,¹⁰⁹ nonostante che ogni peccato venga punito in questa vita.¹¹⁰

Intendendo il peccato nel secondo modo, l'uomo può fare molte cose che Dio non può ordinargli di fare o di non fare, come fornicare o astenersi dal fornicare, sia 'fornicare' che 'astenersi dal fornicare' rappresentano dei significati complessi, espressi all'infinito con un solo vocabolo con il quale si suole comprendere la denotazione di varie azioni in generale.¹¹¹

Amesso il peccato attuale come ciò che l'uomo compie od omette di compiere contro la retta ragione,¹¹² quest'ultima, comune a tutti gli esseri umani coincide con la norma prossima di moralità oggettiva e disvela all'uomo ciò che è buono e ciò che è cattivo in relazione al fine ultimo; la retta ragione emana universalmente dalla legge eterna di Dio la cui ragione s'identifica con la norma suprema, in modo tale che ciò che contrasta con la legge o con la ragione divine, si oppone al dettato d'ogni altra ragione retta in quanto rettificata alla legge suprema. Non la divinità, ma la rettitudine definisce il peccato come tale. Affinchè un certo atto malvagio sia ritenuto nella qualità di peccato, non occorre semplicemente che esso si opponga a Dio, ma si richiede che esso contravvenga al dettato della retta ragione, umana, angelica o divina che sia. Il peccato si configura come tale in quanto contrario alla ragione, non perchè quest'ultima sia divina, ma perchè essa è retta.¹¹³ A dispetto del volontarismo ockhamistico, se per

¹⁰⁹ «Secundum corollarium est quod multa ex se sunt peccata et non praecise quia prohibita. Quinimmo posito quod non forent prohibita, adhuc taliter agens peccaret. Et loquor hic de prohibitione stricte scilicet imperativa, qua superior inferiori imperat non facere hoc vel illud.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 2, n. 28-31; VI, 237.

¹¹⁰ «Ex ista conclusione et eius probationibus sequitur quod nullum peccatum hominis remanet penitus impunitum in vita ista, sed pro quolibet portat poenam qui peccat.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 2, n. 6-8; VI, 256.

¹¹¹ «Tertium corollarium est quod multa potest homo facere, quae Deus non potest illi praecipere ut faciat. Non accipio autem hic 'facere' proprie, ut videlicet idem est quod entitatem aliquam producere, sed improprie, quemadmodum aliquem, ex eo quod potest fornicari vel potest abstinere a fornicatione aut aliud aliquid complexe significabile mediante infinitivo alicuius verbi, dicimus posse aliquid 'facere', quamvis nullum talium proprie dici possit fieri. Sic tamen est mos loquendi, ut omnia talia isto uno generali vocabulo comprehendamus.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 2, n. 13-20; VI, 243.

¹¹² *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, n. 19-26; VI, 237; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De libero arbitrio*, III, 1, 2; PL 32 1271; III, 15, 43; PL 32 1292; III, 16, 46; PL 32 1293; *Contra Faustum*, 22, 27; PL 42 418.

¹¹³ «Si quaeratur, cur potius dico absolute 'contra rectam rationem' quam contracte 'contra rationem divinam', respondeo: Ne putetur peccatum esse praecise contra rationem divinam et non contra quamlibet rectam rationem de eodem; aut aestimetur aliquid esse peccatum, non quia est contra rationem divinam inquantum est

assurdo Dio – o la ragione divina – non si desse o errasse, un atto contrario alla retta ragione, umana o angelica, costituirebbe egualmente peccato.¹¹⁴

L'espropriazione del criterio ultimo di definizione della malvagia azione umana come peccato a Dio non comporta la concentrazione di tale definizione nella ragione umana. Una volta che la retta ragione divina non si desse o errasse, la retta ragione umana non diverrebbe una norma autonoma, ma l'autentica relazione delle rettificazioni normative apparirebbe nella sua fragranza. Una volta stabilita la relazione tra il valore morale delle azioni umane ed il dettato della retta ragione, l'assenza o l'erroneità della retta ragione divina evidenzerebbe la conformità della retta ragione umana non con se stessa o con la ragione angelica, ma con la legge eterna, distinta dalla legge rivelata ed inscritta nella natura. Contraddicendo la legge eterna, l'uomo pecca, perchè egli destabilizza l'ordine naturale, conservato dalla legge eterna; tale ordine, manifestato da precise leggi naturali, è suscitato dalla stessa coerenza che lega il Creatore a se stesso nel suo agire assolutamente libero ed onnipotente.

Perciò, anche qualora la retta ragione divina venisse meno o fosse erronea, la retta ragione umana non si autonomizzerebbe, ma muterebbe semplicemente il suo criterio di conformità, dal momento che essa cesserebbe di adeguarsi alla legge rivelata ed inizierebbe a rettificarsi alla legge eterna in quanto manifestazione creaturale della ragione divina.¹¹⁵ Non importa a quale retta ragione, umana, angelica

recta, sed quia est contra eam inquantum est divina.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, n. 17-21; VI, 235.

¹¹⁴ «Nam, si per impossibile ratio divina sive Deus ipse non esset aut ratio illa esset errans, adhuc, si quis ageret contra rectam rationem angelicam vel humanam aut illam aliquam, si qua esset, peccaret. Et si nulla penitus esset ratio recta, adhuc, si quis ageret contra illud quod agendum esse dicaret ratio aliqua recta, si aliqua esset, peccaret. Et ideo in ponendo conclusionem dixi 'peccatum esse agere contra rectam rationem' seu 'contra id quod agendum esset secundum rectam rationem'.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, n. 22-28; VI, 235.

¹¹⁵ «Huic descriptioni convertibilis est et consona descriptio Augustini, qui 22 Contra Faustum definiens peccatum ait: 'Peccatum est factum vel dictum vel concupitum aliquid contra aeternam legem'. Moxque quid per aeternam legem intelligat exponens: 'Lex vero aeterna est ratio divina vel voluntas Dei ordinem naturalem conversari iubens, perturbari vetens'. Tantum ergo valet quod ait 'contra aeternam legem' quantum si dicatur 'contra divinam rationem etc'. Cum ergo divina ratio utique rectissima semper sit, omne quod est contra aeternam legem est contra rectam rationem. Et quicquid est contra aliquam rectam rationem, est et contra quamlibet rectam rationem de eodem, nam circa idem quaelibet ratio recta cuilibet rationi rectae consonat et nulla alicui adversatur sicut nec veritas veritati. Sequitur quod quicquid est contra rectam rationem est contra aeternam legem, ac per hoc secundum Augustinum recte dicatur peccatum esse factum vel dictum vel concupitum aliquid contra rectam rationem,

o divina, ci si riferisca per definire una malvagia azione umana come peccato, ma ciò che importa è che tale retta ragione, qualsiasi essa sia, si adegui in definitiva all'ordine della natura, espresso dalla legge eterna. Tanto le ragioni create quanto quella increata sono tenute a riconoscere il criterio universale della moralità oggettiva nella legge eterna dell'ordine naturale; quest'ultima, pur stabilita eternamente da Dio, in virtù della coerenza metafisica del Creatore a se stesso, si mostra scevra d'ogni rischio di annichilazione o di fallibilità anche nell'assurdo caso di annichilazione o di fallibilità del Creatore stesso. Dio produce razionalmente l'ordine naturale che per assurdo valica la mutabilità o l'erroneità di Dio stesso.

Il Dottor Acuto introduce il suo originale argomento *per impossibile*, non tanto per sancire il ruolo della retta ragione come unico criterio di regolazione dell'agire morale, quanto per mostrare la peculiarità ed il primato della legge eterna in quanto portato normativo dell'ordine naturale al quale ogni retta ragione deve adeguarsi. Supposta tale adeguazione, ogni retta ragione diviene capace di giudicare la peccaminosità d'un certo atto morale, a prescindere dalla proibizione imperativa ed a svantaggio dell'opinione di Tommaso d'Aquino e di Egidio Romano che identificavano il peccato con la proibizione.¹¹⁶ Se è vero che molti peccati sono proibiti, essi non sono tali in quanto oggetti di proibizione. Il peccato è tale in quanto contrario alla retta ragione, anche se esso non viene imperativamente proibito.¹¹⁷

id est, ut post patebit, facere vel dicere vel concupiscere, quae omnia sub vocabulo 'agendi' comprehenduntur, contra rectam rationem.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, n. 1-16; VI, 235; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Contra Faustum* 22, 7; PL 42 418.

¹¹⁶ Se è vero che Gregorio condivide con Egidio il rifiuto di un'etica rigidamente razionalistica, riferendo il peccato alla discordanza dalla retta ragione, non alla trasgressione d'un precetto, Rimini accetta le nuove tendenze in atto che egli stesso contribuisce a sviluppare; cf. F.-B. STAMMKOTTER, *Der Konflikt zwischen aristotelischen und augustinischer Ethik bei Aegidius von Rom und Gregor von Rimini*, «Analecta Augustiniana», 59 (1996), pp. 291-311.

¹¹⁷ «Modo ad propositum dico quod omne peccatum, loquendo de prohibitione primo modo, est a Deo prohibitum. Et si aliquid non esset, stante divina lege quae Deus est, prohibitum, ipsum non esset peccatum. Nam omne peccatum aeterna lex censet saltem indicative esse non agendum; et si de aliquo non sic censeret, illud non esset contra rectam rationem, et per consequens nec peccatum. Dico etiam quod aliqua peccata impossibile est non esse prohibita a Deo, sic loquendo de prohibitione. Nam de aliquibus impossibile est quin sint contra legem aeternam, sicut odire Deum, alteri iniuriari etc., quae secundum se mala sunt. Sicut enim impossibile est non esse verum, Deum non esse odiendum et nemini esse iniurandum, sic impossibile est quin summa veritas, lex aeterna, censeat quod Deus non est odiendus et quod nemini est iniuriandum, ac per hoc impossibile est quod odire Deum vel iniuriari proximo non sit aeterna lege prohibitum; et idem iudicium est de ceteris quae secundum se iniusta sunt.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, n. 12-25; VI, 242.

Diversamente dal parere di Guglielmo d'Alnwick, gli atti morali esteriori, come l'adulterio o l'omicidio, che procedono da una malvagia volontà, sono peccati in quanto volontariamente compiuti contro la retta ragione.¹¹⁸

Distinguendosi da Gabriel Biel,¹¹⁹ Gregorio perviene a negare l'esclusiva facoltà umana di resistere o d'evitare il peccato senza il soccorso speciale di Dio.¹²⁰ Gregorio respinge sia l'opinione di Duns Scoto¹²¹ e di Durando da S. Porciano,¹²² che assegnavano all'uomo la facoltà intrinseca d'evitare o di non commettere il peccato, sia la tesi di Tommaso d'Aquino,¹²³ d'Enrico da Gand¹²⁴ e di Pietro Aureolo,¹²⁵ che limitavano la causalità divina all'influenza speciale.¹²⁶ Gregorio

¹¹⁸ L. D. DAVIS, *The moral act and love of God according to Gregory of Rimini*, «New Scholasticism», 62 (1988), p. 70.

¹¹⁹ Mentre Gregorio crede nella necessità del soccorso divino, Gabriel Biel, ponendo in secondo piano il peccato originale, accentuerà i tratti di una concezione etica autonoma; cf. C. P. BURGER, *Der Augustinschüler gegen die modernen Pelagianer: Das 'auxilium speciale dei' in der Gnadenlehre Gregors von Rimini*, in *Gregor von Rimini: Werk und Wirkung bis zur Reformation*, ed. H.A. Oberman, Berlin 1981, pp. 195-240.

¹²⁰ «Circa primum articulum, quia quidam dixerunt quod homo per liberum arbitrium absque alio auxilio Dei speciali potest vitare omne peccatum, ad hunc sensum videlicet quod in potestate habet se praeservare ab omni peccato et nullum penitus committere, alii vero dixerunt quod non est in potestate hominis quin aliquod peccatum committat neque potest sine speciali Dei gratia et adiutorio se ab omni peccato ssservare immunem seu omnia peccata collective vitare, quodlibet tamen peccatum secundum se homo potest per liberum suum arbitrium absque alio auxilio Dei speciali praeter influentiam generalem vitare, idcirco in articulo isto pono duas conclusiones: Prima est quod non est possibile homini in statu presenti absque speciali adiutorio Dei vitare omne peccatum, contra primam opinionem. Secunda, quod non quodlibet peccatum suum potest homo aliquis in praesenti statu aut potuit propria virtute sine speciali auxilio Dei vitare. Et in utraque conclusione loquor de nomine non-Deo ac potente propria voluntate peccare.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 2, art. 1, n. 25-10; VI, 88-89.

¹²¹ IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II, dist. 28, q. 1, n. 140-175; VIII, 300-302.

¹²² DURANDUS DE SANCTO PORCIANO, *In Sent.* II, dist. 28, q. 3, fol. 179.

¹²³ THOMAS DE AQUINO, *Summa theologiae* in *Sancti Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera omnia*, iussu impensaue Leonis XIII P. M., cura et studio Fratrum eiusdem Ordinis, Romae 1888, II, pars 1, q. 109, art. 8; VII 303AB.

¹²⁴ HENRICUS DE GANDAVO, *Quodlibet* V, ed. Parisiis 1518, q. 20, fol. 195vT-197vC.

¹²⁵ PETRUS AUREOLI, *In Sent.* II, dist. 28, q. 1, art. 2, fol. 276bDF.

¹²⁶ Con l'espressione 'adiutorium generale' Gregorio denota l'influenza con la quale Dio concausa gratuitamente l'agire della creatura in generale in modo diretto o mediante un dono; cf. «Quantum ad primum articulum praemitto iuxta commune dictum quod adiutorium Dei dupliciter potest capi: Uno modo pro adiutorio generalis influentiae, quo scilicet dicit adiuvere generaliter omne agens creatum in omni sua actione. Alio modo pro adiutorio assistentiae seu influentiae specialis, quo specialiter aliqua agentia iuvat et non omnia, et ad aliquas actiones et non ad omnes; quod

discerne tra la grazia abituale e quella attuale;¹²⁷ nessun giusto, dotato della grazia santificante, può evitare la tentazione colpevole¹²⁸ e quindi il peccato¹²⁹ senza l'aiuto speciale di Dio.¹³⁰ Mentre con il soccorso speciale di Dio l'uomo vince, senza di esso è lui ad essere vinto.¹³¹

etiam consuevit vocari audiutorium gratiae, extendendo nomen gratiae ad omnem eius gratuitam et specialem opitulationem, sive ipse immediate per se ipsum sive mediante aliquo dono suo opituletur ad agendum.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 29, q. 1, art. 1, n. 8-16; VI, 116. Tale influenza generale consiste nell'opera e nel moto, con i quali Dio permette ad ogni creatura di sussistere e di permanere nella propria natura, vegetando ed agendo; cf. «Hoc autem opus et hic motus est quem vocamus 'influentiali generali', quo subtracto utique, ut ait, ceterae res perderent motus suos. Nec potest dici hoc dictum habuisse veritatem tantum post hominis lapsum, cum etiam de ipsis angelis sanctis, qui numquam peccaverunt nec illius alterius peccati reatu obstricti sunt, idem dicat infra libro 9 capitulo 23.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 29, q. 1, art. 1, n. 11-15; VI, 117; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De Genesi ad litteram*, 9, 9, 15; PL 34 398.

¹²⁷ Mentre la grazia attuale non si mostra sufficiente al merito dell'uomo giusto, la grazia abituale, santificante, *faciens gratum* o *charitas infusa* è la radice del merito e della produzione dell'atto meritorio, il principio di scelta dell'atto meritorio insieme alla volontà; tale grazia corrisponde ad una forma sovranaturale con la quale Dio informa estrinsecamente l'uomo e secondo la quale l'uomo opera formalmente; cf. J. A. WOREK, *Supernaturalitas obiectiva justificationis atque gratiae habitualis apud Gregorium Ariminensem*, «Augustiniana», 15 (1965), pp. 419-434.

¹²⁸ «Probatur sic: Nemo, etiam existens in gratia, potest sine Dei alio speciali auxilio omnem noxiam tentationem vitare aut omni tentationi noxiae resistere; igitur nullus talis potest sine Dei speciali auxilio vitare omne peccatum. Prima pars antecedentis clara est et eam fatentur propheticae et apostolicae voces. Secunda etiam patet, quia alia sanctis viris non esset opus orare, quod eos orare docuit Christus, scilicet 'ne nos inducas in tentationem'. Quod quisquis dixerit, ait Augustinus in De perfectione iustitiae, ut praeallegatum est, 'ab auribus omnium removendum et ore omnium anathematizandum esse non dubito'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 2, art. 2, n. 6-14; VI, 102; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De perfectione iustitiae*, 21, 44; PL 44 318.

¹²⁹ «Quantum ad secundum articulum pono duas conclusiones similes. Prima est quod nullus iustus seu habens habitualement gratiam gratum facientem potest sine auxilio Dei alio speciali vitare omne peccatum.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 2, art. 2, n. 3-5; VI, 102.

¹³⁰ «Praeterea, si hoc non esset necessarium, cur sanctus David tanta instantia exorabat: 'Auditor meus esto; ne derelinquas neque dispicias me, Deus salutaris mens', et alii sancti ac ecclesia tota iustorum cotidie pro eodem ad Deum supplices preces fundit?» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 2, art. 2, n. 14-17; VI, 102; cf. *Ps.* 26, 9.

¹³¹ «Falsitas vero consequentis quantum ad primam partem patet eo quod, ut praeallegatum est ex rescripto Innocenti Ad Cartaginense concilium, 'Necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuvante vincamur'. Ac per hoc etiam post praeteritas victorias iustorum de peccatis insuper venientibus tentationibus habent iterum eius auxilium implorare.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 2, art. 2, n. 16-20; VI, 104; cf. INNOCENTIUS, *Epistula* 29, 6; PL 20 587A; AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 181, 7; PL 33 782.

Sull'autorità di Agostino¹³² e del Concilio milevitano¹³³ che aveva condannato l'eresia di Pelagio e di Celeste,¹³⁴ senza il soccorso divino l'uomo, insufficiente a volere il bene nello stato presente – almeno quanto il diavolo¹³⁵ non può superare o resistere all'atto moralmente cattivo o alla tentazione;¹³⁶ dinanzi ad essa la volontà del libero arbitrio non vale affatto.¹³⁷ Ma, mentre la causazione dell'atto buono implica il concorso della causalità divina, quella dell'atto cattivo dipende dalla sola causalità dell'uomo che può compiere autonomamente solo il male;¹³⁸ a differenza del bene in quanto effetto della concausazione divina, il male consiste in una mera produzione che l'uomo opera con il peccato per il cattivo uso del libero arbitrio. Prima d'esporre le varie citazioni d'Isidoro, del Venerabile Beda, di Gregorio Magno, di Anselmo, di Ugo da S. Vittore, di Pietro Lombardo, di Roberto Grossatesta e di Tommaso d'Aquino, il teologo eremitano

¹³² «Hoc patet, quoniam, cum in episcopali Palaestino iudicio fuisset inter cetera obiectum Pelagio, 'Eum dicere 'victoriam tentationum nobis non ex Dei auditorio esse sed ex libero arbitrio' », hoc tamquam catholicae veritati manifeste contrarium anathematizare compulsus est.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 2-6; VI, 25.

¹³³ «Alias ipse nonnisi anathematizatus exisset, sicut refert Augustinus in epistula Ad Paulinum Nolanum episcopum: 'Unde', sicut ibidem scribit, 'consequens fit ut quicumque sequitur illius episcopalis iudicii auctoritatem et ipsius Pelagii confessionem, haec tenere debeat quae semper tenuit catholica ecclesia'. Et inter illa hoc quod ad propositum facit enumerans, ut 'fateatur, inquit, quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamvis et illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa sed adiutorio Dei nostram provenire victoriam'.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 6-13; VI, 25.

¹³⁴ «Et hoc totum etiam habetur in epistula Aurelii Cartaginensis episcopi quam destinavit ad conprovinciales episcopos de damnatione Pelagii et Coelestii.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 14-16; VI, 25; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 186, 10, 34; PL 33 829.

¹³⁵ «Sexta suppositio est quod homo in statu praesenti non est ex se sufficientior ad habendum bonum velle quam diabolus.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 13-14; VI, 28.

¹³⁶ «Secunda, quod nullus tentatus ad aliquod vitium seu actum aliquem moraliter malum potest huiusmodi tentationem absque Dei auxilio superare.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 1-2; VI, 25; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 186, 9, 32 et 23; PL 33 827-828.

¹³⁷ «Item Augustinus paulo post ibidem in persona sua et ceterorum catholicorum: 'Sine gratia, inquit, Dei nos dicimus ad non peccandum nihil valere voluntatis arbitrio'. Igitur nec ad tentationes pravas superandum seu ad resistendum, ut illis non praebeamus consensum.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 17-20; VI, 25.

¹³⁸ «Quinta suppositio est quod homo ad agendum actus bonos moraliter etiam non meritorios vitae aeternae taliter indiget adiuvari a Deo, qualiter non indiget adiuvari ad agendum actus moraliter pravit.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 20-22; VI, 27.

riassume il parere della Sacra Scrittura, dei santi e dei dottori latini, greci ed orientali, tra i quali spicca il Dottore Cattolico, per il quale l'uomo non può volere il bene, sebbene egli sia sufficiente a volere il male.¹³⁹ Altrove è Pietro Lombardo ad aver interpretato l'Ipponate, allo scopo di sostenere il carattere non meritorio dei beni, come l'agricoltura e l'edilizia, compiuti dall'uomo con il solo libero arbitrio senza la grazia operante.¹⁴⁰

La causalità divina del peccato

Mentre è comunemente accettato che Dio non causi efficientemente il peccato, propriamente inteso, non v'è un'uniformità dottrinale sulla causazione della volizione malvagia o del suo abito interiore od esteriore; la parte affermativa appare a Gregorio più consona ai pareri dei santi ed alle opinioni dei dottori moderni.¹⁴¹

¹³⁹ «Residuas omitto, quia non ita directe pertinent ad propositum. Sed ex istis evidenter patet catholice tenendum esse, secundum doctrinam sancti huius, quod in statu isto naturae infirmæ et vulneratæ homo non possit absque auditorio gratiæ Dei nullam habere bonam volitionem, sed tantummodo ad malam ex se sufficit; iuxta etiam doctrinam Augustini, quæ aliquantulum patet ex allegatis in ratione prima supra facta ad conclusionem. Et quod satis confirmat propositum, est quod paene in omnibus libris prædicta collatio Cassiani cum correctionibus beati Prosperi appositis invenitur, quod a Patribus prioribus puto incohatum et per ecclesiam in consuetudinem tractum, ut ex illa Collatione et vera approbarentur et falsa respuerentur nec reciperentur falsa pro veris.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 4-14; VI, 43.

¹⁴⁰ «Demum Magister Sententiarum expresse determinat oppositum omnium prædictorum, tenens partem oppositam quaestionis. Unde 2 libro distinctione 26 ait sic: 'Ante gratiam prævenientem et operantem, qua voluntas bona præparatur in homine, præcedunt quaedam bona ex Dei gratia et libero arbitrio, et quaedam etiam ex solo libero arbitrio, quibus tamen vitam non meretur, neque gratiam qua iustificatur'. Et postea subdit: 'Non negamus tamen multa ante hanc gratiam et præter hanc gratiam fieri bona ab homine per liberum arbitrium, ut ait Augustinus in Responsionibus contra Pelagianos, ubi dicit homines per liberum arbitrium agros colere, domos aedificare et alia plura bona facere sine gratia operante'.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 3, n. 2-11; VI, 70; cf. PETRUS LOMBARDUS, *Sent.* II, dist. 26, cap. 7, 1, n. 4-17; I 477; PSEUDO-AUGUSTINUS, *Hypomnoston*, 3, 4, 5; PL 45 1623.

¹⁴¹ «Tertius articulus, videlicet utrum actualis peccati Deus sit immediata causa efficiens, ut patet ex dictis, si 'peccatum' capiatur proprie et similiter 'causa efficiens', non habet dubium; patet enim quod non. Sed si nomen peccati capiatur improprie, scilicet pro actu malo seu quem aliquis faciendo peccat, verbi gratia pro mala volitione vel aliquo alio actu interiori vel exteriori quem agit peccator, tunc dubius est. Et de ipso sunt solemnes opiniones contrariæ, quarum neutram temere affirmando pro nunc conclusionem affirmativam tamquam probabiliorem et, ut mihi videtur, sanctorum dictis magis consonam teneo, sicut etiam et communis tenetur a modernis doctoribus.» Gregorius Ariminensis, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 24-32; VI, 256.

Alla prima ragione agostiniana che nega l'origine divina del moto del peccatore¹⁴² e che paventa la bontà delle azioni, apparentemente malvagie per l'uomo,¹⁴³ Gregorio risponde che per '*motus aversionis*' Agostino non aveva inteso l'entità che si dice 'volizione', ma il significato complesso che si riferisce all'*adverti a Deo*.¹⁴⁴

Alla seconda ragione agostiniana,¹⁴⁵ quando si considera Dio come autore di ogni nostro bene, pensiero, volizione o operazione che sia, si parla di Dio come della causa parziale e speciale delle volizioni e delle azioni umane;¹⁴⁶ sarebbe detestabile ed abbominevole ammettere che Dio come causa totale e generale muova¹⁴⁷

¹⁴² «Auctoritates etiam videntur plures contra praedictam conclusionem. Ait enim Augustinus 2 De libero arbitrio capitulo 39: 'Motus ille aversionis, quem fatemur esse peccatum, quoniam defectivus motus est, vide quo pertineat, et ad Deum non pertinere ne dubites'. Et respondet discipulo quaerenti unde est motus voluntatis quo avertitur a Deo; per quam responsionem patet expresse Augustinum velle quod ille motus non sit ex Deo.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 14-19; VI, 271; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De libero arbitrio*, 2, 20, 54; CCSL XXIX 1-41, 272-273; PL 32 1270.

¹⁴³ «Item idem in praeallegato supra libello, qui dicitur Confutatio catholica, ait capitulo 10: 'Detestanda et abominanda opinio est, quae Deum cuiusquam malae voluntatis aut malae actionis credit auctorem.'» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 20-22; VI, 271; cf. PROSPER AQUITANUS, *Pro Augustino Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum*, 10; PL 51 182C.

¹⁴⁴ «Ad auctoritates vero respondeo. Ad primam patet responsio ex responsione ad tertiam rationem factam contra secundam conclusionem praecedentis articuli, quoniam, ut ibi dictum est, per motum aversionis non intelligit Augustinus illam entitatem quae volitio dicitur, sed illud significabile complexum quod significatur, cum dicimus voluntatem averti a Deo.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 28-32; VI, 278.

¹⁴⁵ «Item in De natura boni, ante medium libri: 'Cum audimus, inquit, 'omnia ex ipso et per ipsum et in ipso', omnes itaque naturas intelligere debemus, quae naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non servant, sed vitiant, quae peccata ex voluntate esse peccantium multis modis Sancta Scriptura testatur'. Et quod nomine peccatorum intelligat malos actus, patet ex eo quod dicit 'illa esse ex voluntate peccantium'; soli enim actus voluntatis elicit vel imperati sunt ex voluntate peccantium.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 23-29; VI, 271; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De natura boni*, 28; PL 42 560; *Rm.* 11, 36.

¹⁴⁶ «Ad secundam dicendum quod nomen auctoris quantum ad propositum dupliciter accipi potest: Uno modo communiter pro agente totali vel partiali; et sic accipitur, cum dicitur quod 'Deus est auctor omnium naturarum et omnium quae sunt'. Alio modo specialiter pro agente totali vel partiali principali in agendo; et hoc etiam modo accipitur, cum dicitur quod 'Deus est auctor omnium bonorum nostrorum', id est bonarum cogitationum et volitionum et operationum. Talium enim vel ipse est auctor et causa efficiens totalis vel partialis principalis movens aliam partialem causam utpote voluntatem nostram ad agendum actus tales seu faciens ipsam sic agere.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 1-9; VI, 279; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De libero arbitrio*, 1, 2, 4-5; CCSL XXIX 1-36, 213; PL 32 1224.

¹⁴⁷ «Ad propositum, cum Deus negatur auctor malae voluntatis vel operationis, accipitur nomen auctoris secundo modo, non primo, quoniam, licet talem volitionem causet, non tamen sicut totalis eius causa sed sicut partialis, nec tamen in sic agendo

o predestini¹⁴⁸ la volontà umana a volere ed a fare una certa azione, buona o malvagia che sia. Questo è il proposito di Gregorio e la retta intenzione di Agostino¹⁴⁹.

La chiara ed evidente autorità agostiniana è addotta anche al fine di rinforzare la prova della conclusione rimigina.¹⁵⁰ A dispetto di Pelagio e dei pelagiani che avevano errato pericolosamente¹⁵¹ nello stabilire la provenienza intrinseca delle virtù morali,¹⁵² oltretutto la nobiltà corporale e l'agiatezza familiare, anche le ricchezze spirituali di Giuliana, figlia di Demetriade,¹⁵³ che pelagianamente vanno lodate

principalis, ita ut moveat voluntatem nostram ad agendum et faciat eam facere talem volitionem, aut modo aliquo suadeat vel excitet; hoc enim opinari detestanda et abominanda opinio est.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 10-15; VI, 279.

¹⁴⁸ «Ad hunc sensum ibidem locutum fuisse Augustinum evidenter patet ex obiectione cui respondet. Nam obieiebatur sibi eum dicere vel ex eius dictis sequi quod 'adulteria et corruptelae virginum sacrarum ideo contigant, quia Deus illas ad hoc praedestinavit, ut caderent'. Ad hoc sic respondet: 'Detestanda et abominanda est opinio quae Deum cuiusquam malae voluntatis aut malae actionis credit auctorem, cuius praedestinatio numquam extra iustitiam est'. Ex his patet quod vult negare Deum quemquam praedestinasse ad mala opera, negando ipsum esse talium auctorem. Unde, si accipitur auctor secundo modo, optime sequitur intentum, quoniam ad quaecumque et qualiacumque opera Deus quemquam praedestinavit, ad ea agenda volet illum et facit ut faciat illa, dicente Apostolo Ad Ephesios 2: 'Ipsius', scilicet Dei, 'sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis quae praeparavit Deus', id est praedestinavit, 'ut in illis ambulemus'. Creari enim dicimur per Christum in bonis operibus, quia facit non facere illa, nihilominus etiam faciens illa nobiscum. Patet etiam talis intentio Augustini ex eo quod sequitur.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 16-30; VI, 279.

¹⁴⁹ «Ait enim post pauca, quae etiam iuvant propositum: 'Non ergo casus ruentium, nec malignitatem iniquorum nec cupiditates peccantium praedestinatio Dei aut excitavit aut suasit aut impulit'. Negat ergo eum auctorem secundum quod auctor dicitur qui movet aut suadet etc. ad agendum; et patet propositum.» *Ibidem*, dist. 34-37, q. 1, art. 3, n. 30-34; VI, 279.

¹⁵⁰ «Hanc fuisse sententiam beati Augustini nullus, qui eius libros et epistulas ac sermones contra errores Pelagii scriptos vidit, ignorare permittitur, sicut satis iam etiam apparet ex auctoritatibus eiusdem superius allegatis. Praeter illas adduco aliquas multum apertas et expresse probantes praedictam sententiam.» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 23-27; VI, 47.

¹⁵¹ «Amplius immediate post recitationem verborum Pelagii praemissorum ait: 'Cernis nempe quanta in his verbis sit cavenda perniciēs. Nam utique quod dictum est 'non possunt esse ista bona nisi in te' optime et verissime dictum est; iste plane cibus est. Quod vero ait 'non nisi ex te' hoc omnino virtus est' ».» *Ibidem*, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 12-15; VI, 48; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 2, 5; PL 33 850.

¹⁵² «Hic apparet manifeste eum de bonis moralibus loqui, qualia appellamus virtutes morales et actus earum; et dicit eos errare qui dicunt talium aliquid ex nobis sine Dei adiutorio nos habere.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 9-11; VI, 48.

¹⁵³ Contrariamente alla tradizione dei testimoni mss. medievali che attribuivano l'*Epistola ad Demetriadem* a Girolamo, sia Bradwardine che Rimini riconoscono l'attribuzione al Pelagio agostinizzato; cf. «Illa epistola non est beati Ieronimi, sed

per il merito conseguito e che distinguono la fanciulla dalle altre, non scaturiscono da lei stessa.¹⁵⁴ La giustizia, la morigeratezza, la pietà, la castità ed ogni altra virtù morale non si trovano nel soggetto che le pratica, ma sono impiantate in esso da Dio che aiuta l'uomo a conoscere con l'insegnamento ciò che occorre fare, ed a farlo con l'amore.¹⁵⁵ Seppure nostre, le virtù morali, donate da Dio, si trovano nell'uomo come un tesoro in dei fragili vasi,¹⁵⁶ in cui la grazia divina opera sulla volontà buona,¹⁵⁷ anch'essa ricevuta da Dio.¹⁵⁸

Pelagii aut alicuius Pelagiani haeretici et profani.» THOMAS DE BRADWARDINE, *De causa dei, Contra Pelagium, et De virtute causarum, Ad suos Mertonenses libri tres*, ed. Londinii 1618, rist. Frankfurt am M. 1964, I, cap. 35, 313B; GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 14-16; VI, 25. Invece, Giovanni Capriolo persevera con la precedente attribuzione; cf. F. STEGMULLER, *Gratia sanans. Zum Schicksal des Augustinismus in der Salmantizenserschule*, in *Aurelius Augustinus. Die Festschrift der Gorres-Gesellschaft zum 1500. Todestag des heiligen Augustinus*, ed. M. Bradmann - J. Mausbach, Köln 1930, pp. 403 ss. Giovanni Eck, che pure studierà approfonditamente Rimini, assegnerà la lettera a S. Girolamo sia nel *Crisopassus* che nella disputa di Lipsia, sulla scia di Erasmo da Rotterdam; cf. H. A. OBERMAN, *La riforma protestante da Lutero a Calvino*, Bari 1989, p. 142.

¹⁵⁴ «Scribens enim ad Iulianam, matrem, Demetriadis virginem - cui Pelagius scribens commendando ipsam de moralibus virtutibus, quas spirituales appellat divitias, dixerat ista verba: 'Habes ergo et hic per quae merito praeponaris aliis, immo hinc magis. Nam corporalis nobilitas atque opulentia tuorum intelliguntur esse, non tua. Spirituales vero divitias nullus tibi praeter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito prae ceteris praeferenda es quae nisi ex te et in te esse non possunt'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 28-3; VI, 47-48; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 2, 4; PL 33, 850; PELAGIUS, *Epistula ad Demetriadem*, cap. 11 = PSEUDO-HIERONIMUS, *Epistula* 1, 11; PL 30 28A.

¹⁵⁵ «Haec omnia sunt verba Pelagii - scribens, inquam, Augustinus, ex his verbis motus, ad illius virginis matrem ait sic: 'Non sane parvus est error illorum qui putant ex nobis ipsis nos habere, si quid iustitiae, continentiae, pietatis, castitatis in nobis est, eo quod ita nos coniderit Deus, ut ultra, praeter quod nobis revelat scientiam, nihil nos adiuvet ut ea, quae facienda discendo novimus, etiam diligendo faciamus'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 3-8; VI, 48; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 1, 3; PL 33 849.

¹⁵⁶ «Et subdit: 'Haec Dei dona sunt, et nostra quidem sunt, sed non ex nobis. Habetis enim 'thesaurum istum' in terrenis corporibus et adhuc fragilibus tamquam 'in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis Dei sit et non ex nobis' '; et sunt verba Apostoli loquentis tamen in prima persona 2 Ad Corinthios 4.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 16-19; VI, 48; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 2, 6; PL 33 851; II *Cor.* 4, 7.

¹⁵⁷ «Et infra: 'Nolumus ergo ut virgo sacra, cum audit 'spirituales divitias etc.', quae nisi ex te et in te esse non possunt', ita gloriatur quasi non acceperit'. Et subdit rationem dicens: 'Quia, etsi etiam ex illa propter arbitrium proprium, sine quo non operamur bonum, non tamen sicut iste dixit 'nonnisi ex illa'. Proprium quippe arbitrium nisi Dei gratia iuvetur, nec ipsa voluntas bona esse in homine potest'. 'Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 19-26; VI, 48; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 2, 7; PL 38 851.

¹⁵⁸ «Confirmatur per illud quod ibidem scribit: 'An, inquit, quando Apostolo dicente audierit homo 'Quis enim te discernit?', responsurus est 'Bona voluntas mea,

Come dichiara Agostino nell'interpretazione rimigina, la nostra volontà deve essere aiutata dalla grazia divina per essere giusta, cosiccome il nostro animo deve essere soccorso per ricevere lo Spirito Santo e per infiammarsi nell'accedere alla partecipazione dell'essenza divina. Se la via della verità è nascosta, l'uomo, pur dotato del libero arbitrio, non sa vivere bene se non per l'amore,¹⁵⁹ per la carità di Dio,¹⁶⁰ che si acquisisce gratuitamente e con la quale l'uomo opera rettamente.¹⁶¹

fides mea, iustitia mea' et non continuo quod sequitur auditurus 'Quid enim habes quod non accepisti?' Sicut enim supra dicebatur, si ex se absque adiutorio Dei haberet voluntatem bonam moraliter et iustitiam aut aliam virtutem, utique posset respondere 'Haec habeo et non accepi' ac per hoc de illis merito in se ipso gloriari, contra illud quod intendit Apostolus.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, n. 31-5; VI, 48-49; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistula* 188, 2, 7; PL 38 851; I *Cor.* 4, 7.

¹⁵⁹ «Item in De spiritu et littera, circa principium: 'Illis, inquit, acerrime ac vehementissime resistendum est, qui putant sine adiutorio Dei per se ipsam vim voluntatis humanae vel iustitiam posse perficere vel ad ipsam tendendo proficere'. Certum est autem hoc illos dicere, qui asserunt quod sine Dei adiutorio speciali possumus iuste et virtuose aliquid agere. Nam quod Augustinus non de adiutorio generalis influentiae, sed specialis Dei gratiae ipsae intelligat, apparet, quia statim, recitato quomodo Pelagiani fatebantur ad virtuosa opera nos a Deo iuvari, subdit suam catholicamque sententiam dicens: 'Nos autem dicimus humanam voluntatem sic divinitus adiuvari ad faciendam iustitiam, ut praeter quod creatus est homo cum libero arbitrio praeterque doctrinam qua ei praecipitur quaemadmodum vivere debeat, accipiat Spiritum Sanctum, quo fiat in animo eius delectatio dilectioque summi illius atque incommutabilis boni quod Deus est, etiam nunc, cum adhuc per fidem ambulatur, nondum per speciem, ut hac sibi velut arra data gratuiti muneris inardescat inhaerere Creatori atque inflammetur accedere ad participationem illius veri luminis, ut ex illo ei bene sit, a quo habet ut sit. Nam neque liberum arbitrium quicquam nisi ad peccandum valet, si latet veritatis via; et cum id quod agendum et quo nitendum coeperit non latere, nisi etiam delectet, non suscipitur, non bene vivitur. Ut autem diligatur, 'caritas Dei diffunditur in cordibus nostris', non per arbitrium liberum quod surgit ex nobis, sed 'per Spiritum Sanctum qui datus est nobis'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 6-26; VI, 49; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *De spiritu et littera*, 2, 4; PL 44 202; 3, 5; PL 44, 203.

¹⁶⁰ «Ex hac etiam ratione ipse super epistolam Ad Galatas – ubi Apostolus ait: 'Vos autem in libertatem vocati estis, fratres etc.' – capitulo 5 dicit quod Iudaei ad Vetus Testamentum pertinentes 'quaedam opera legis implebant, quae in sacramentis sunt; illa vero, quae ad bonos mores pertinent, omnino non poterant. Non enim implet ea nisi caritas'.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 1-5; VI, 50; cf. AURELIUS AUGUSTINUS, *In Galatas*, 43; PL 35 2136; *Gal.* 5, 13.

¹⁶¹ «Ex his apparet quod ultra vires liberi arbitrii et speciale etiam adiutorium doctrinae Dei dicit nobis necessarium esse adiutorium Spiritus Sancti, quo Deum diligamus, scilicet propter se, nam sola talis dilectio Dei caritas dicitur, et ex qua dilectione operemur. Nam quaecumque homo agat, si non ex dilectione Dei agat, non recte nec virtuose seu bene moraliter agit, quia non propter Deum agit, ac per hoc non propter id propter quod agere debet, et ideo peccat secundum quod superius ex eiusdem dictis est probatum. Talis autem dilectio Dei non per vim liberi arbitrii, ut dicit, sed ex gratia Dei habetur.» GREGORIUS ARIMINENSIS, *In Sent.* II, dist. 26-28, q. 1, art. 1, n. 26-34; VI, 49.

